TO
RICO
UGIA
T I
PERUGIA

19

In nomine domini amen. Ista sunt statuta provisiones et or-
dinamenta facta edita condita et composita circha eligendos
constituendos creandos et ordinandos insacculatores sacculorum
offitialium publicorum comunis Pisii tam presentium quam futurorum generalis sac-
culi quam futurorum sacculorum in posterum fiendorum, et modum tempore quibus
constituendorum et ordinandorum et componendi insacculatorum et
modi et circha offitiales ad offitia Pisii tam presentialiter quam futuris temporibus
deputandos eligendos et insacculandos in saculis predictis ac et
stabilita composita et ordinata per Magnificos dominos dominos Franciscum
de Crocepolis Baldasarem Bernardi pro sancto Petro Matheum Jo.
Batista Petri pro sancto Solis Lodovicum Iacobum Andream
Sepolis pro sancto Angelo Galassium Petri Toldi Petrum Paulum
ser Benedictis pro sancto Severino Nocentium Mathei Anselmum
Baldisini pro Eburnea Priores artium civitatis Pisii
vigore auctoritatis eis concesse addicta statuta et ordinamenta
facienda et ordinanda virtute ac vigore litterarum directarum quarum
tenor infra continetur videlicet.

IOHANNES Episcopus Forliviensis Reverendissimi in Christo patris et
domini domini Jordani miseratione divina Episcopi Sabiensis
sancte Romane ecclesie Cardinalis de Ursinis vulgariter nuncupati
Pisii etc. Apostolice sedis legati et Vicarii generalis vice-
gerens Magnificis dominis Prioribus artium civitatis Pisii
salutem et in agendis industriam diligentem. Cum non plenius
et universa res publica quae omnium complectitur civitatem quam recte
res quoque eo adeo sapienter iuste ac communiter et feliciter
dirigendam est magna diligentia adhibenda Cum autem
ad reficiendum ordinandum constituendum que sacculum et insac-
culatores officiorum et offitialium predictorum comunis Pisii et ad eos con-
stituendos et faciendos creandos constituendos et ordinandos sit
certis bonis hominibus seu offitiales seu sacculorum compositores
qui eius utrite ac prosperis auspiciis procedat ordinetur et
ordinatum compositum sic ordinationem temporis exigente Ut non nulli
ordines seu statuta pro bono et decore rei publice de novo
ordinentur constituantur et fiant pretio auctoritate decreto in-
violabiliter observandi et de virtutibus industria ac sapientia
vestris obtinentes fiduciam singularem. Vobis Magnificis
Prioribus predictis omnibus modo via iure et forma
quibus melius possumus et debemus ex auctoritate
et arbitrio offitii nostri vices gerentie damus concedimus
et erogamus plenam liberam et omnimodam facul-
tatem potestatem auctoritatem et bailiam condendi faciendi
ordinandi providendi et statuendi quoscumque ordines
statuta seu ordinamenta circa premissa et quolibet ipsorum
prout vobis et prudentie vestre iustum equum et honestum
esse videbitur Ceteris aliis ordinamentis comunis Pisii de-
huiusmodi materia disponentibus preferendos quod quidem statuta
et ordinamenta per vos et vestrum quemlibet facienda ordinanda
et condenda ex nunc approbamus validamus confirmamus
et auctorizamus et pro confirmatis et approbatis ex nunc
prout ex tunc esse volumus decernimus et mandamus
et ipsa et ipsorum quolibet omni tempore inviolabiliter observari
Et si qua sunt hiis in genere vel in specie contrariis vel preter repu-
gnantia seu contradicentia illa ex nunc tollimus vacuamus
irritamus et annullamus Et hec per vos condenda et facienda
valere tenere et observari sancimus decernimus volumus et man-
damus non obstantibus in predictis aliquibus legibus statutis ordinamentis
provisionibus seu reformationibus comunis Pisii et aliis quibuscumque
obstaculis vel decretis predictis vel aliorum predictorum ordinamentis
seu repugnantibus quoquomodo et si de ipsis debuisset

seu deberet fieri specialis mentio et expressa quibus derogamus
et derogatum esse decernimus et mandamus aliquibus non obstante
Et presentes decretum ad ipsius robur presentium nostrum cancellarium
scribi fecimus et impressione nostri sigilli soliti communiri
Datum Pisii in palatio nostre solite residentie Anno
domini a nativitate eiusdem Millesimo iiii.c xxxi.
Indictione viiii. die xxvi. octubris Pontificatus
sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini
Eugenii divina providentia pape quarti Anno primo

Circa refectionem saccul-
orum comunis Pisii ac etiam
camerariorum artium dicti
comunis tam presentis saculi
quam futurorum modum et reg-
ulam et circa dictam saculationem et con-
positionem dare volentes. ¶ Statuimus
et ordinamus et statuendo ordinamus istum
modum et talis observari decernimus et de-
claramus prout et quemadmodum infe-
rius continetur videlicet. ¶ Quod in electione 2
insacculatorum qui reficere debent saculos
dicti comunis talis modus et ordine procedatur
videlicet ¶ Quod domini priores et camerarii
cuiuslibet porte de per se teneantur eligere duos
bonos et ydoneos et legales cives civitatis
presentis status pro qualibet contrata quatuor
contradarum cuiuslibet porte ita quod in qualibet
porta sint otto Qui cives sic electi scribi
et notari debeant in duobus brevibus idest qua-
tuor existentes in quolibet brevi et brevia deinde in-
volvi et poni debeant in duabus pallucitis
cereis de quibus pallucitis extrahatur et pu-
blicetur una sorte et fortuna in presentia can-
cellarii et notarii dominorum priorum Et illi
qui erunt scripti in dicta palluctia sic
extracta sint et esse debeant boni homines
et offitiales ad reficiendum et componendum
dictos saculos pro dicta porta Et talis mo-
dus et ordo servetur et servari debeat in
electione bonorum hominum reliquarum
portarum. Ita tamen quod inter dictos bonos
viros sic eligendos sint et esse debeant
quatuor de arte mercantie et duo de arte
cambii et unus pro qualibet arte grossa et
reliqui sint de artibus minutis ad hoc ut
equalitas sit in dictis artibus non obstantibus aliqui-
bus statutis dicti comunis in contrarium vel
aliter disponentibus quibus quo ad predicta
derogaverunt expresse ¶ Et quod ultimus
prioratus saculi in decem diei a die infrascriptis

ipsorum faciat vocari et congregari
offitium camerarii in palatio dominorum priorum
Et ipsis sic congregatis tunc domini pri-
ores et camerarii cum aliis porte depse se retrah-
ant et congregent et tunc cancellarius
communis pisii Primo ordinabit quinque
pallunctas et in quatuor ex dictis pallunctis
erit unum hic per quallibet palluncta in quo
erit scriptum hoc modo videlicet Ars mercato-
rie in quinta vero palluncta erit scriptum
ars cambii. Hoc facto quidam puer ac-
cipiet dictas pallunctas singulariter et da-
bit unam pro qualibet porta Et predicti domini
priores et camerarii elligent insaculatorem
unum illius artis que scripta erit in illa pa-
lluncta eis assignata predicto modo Iterum can-
cellarius ordinabit quinque alias pallu-
nctas in prima erit hic huius tenor videlicet Ars
cambii in secunda Ars calzolariorum in tertia Ars
sutorum in quarta ars tabernariorum in quinta
Ars magistrorum lapidum et lignaminum
Quo facto Primo dictus puer dabit u-
nam ex dictis pallunctis illi porte cui ve-
nerit in sortem ars cambii Et si in dicta
palluncta esset scripta ars cambii eam
remictet et dabit sibi unam ex aliis ut
ne illa porta habeat duos de arte cambii
ad componendum saculos et reactabit
dictam pallunctam Deinde cuilibet porte
dabit suam Et similiter de illis artibus
elligent insaculatorem prout fuerit
scriptum in palluncta consignata predicto
modo cuius et fortuna Deinde cancel-
larius ordinabit quinque alias pallu-
nctas cum quinque hiis in quibus predicto
modo scriptum erit et primo hoc modo
videlicet Ars macellatorum in secundo Ars fabrorum
in tertio Ars lane in quarto spetia-
riorum in quinto sit scriptum Ars mi-
nuta Et similiter dictus puer consigna-
bit cuilibet porte suam pallunctam Et
secundum tenorem huius quelibet porta faciet
alium insaculatorem de illa arte prout
scriptum invenient Et illa porta cui da-
bit hic ubi erit scriptum ars minuta
ordinabit insaculatorem de arte mi-
nuta arbitrio ipsorum dominorum priorum alios
et camerariorum Quo usque vero insac-
culatores constituet omnes porte
de artibus minutis ipsorum arbitrio videlicet quelibet
porta unum dummodo de una arte mi-
nuta sit unus insaculator tantum et non
plures Et ad hoc ut non possit oriri dis-
cordia de insaculatoribus dictarum artium
minutarum quod due porte vel plures vellet
ponere insaculatorem eiusdem artis mi-
nute tunc et eo casu habeat locum sorte
videlicet quod firmus remaneat insaculator il-
lius porte que prius consignabit suos
insaculatores cancellario predicto. Et
sic ordinatis predicti domini priores et camerarii
cum aliis porte consignabunt predictos in-
saculatores duplicatos ut supra et sorte
dirimentur ut supra Et illa quinque hiis ar-
sine pallunctae que sorte evenerint dissol-
vantur Et nomina ipsorum viginti in-
saculatorum secrete videantur et pro eis
mictatur ut secrete per familiam condu-
cantur ad locum ordinandum per pre-
fatos dominos priores et camerarios ad dictum sac-
culum predicto tempore et dei nomine
componendum secundum formis et modis inferius
ordinandis et etiam contentis in statu-
to de electione dominorum priorum artium
civitatis pisii Et si contingeret quod domini
priores et camerarii non essent concor-
des in electione dictorum insaculatorum
tunc et eo casu mictantur ad partitum
ad bussolam et fabas ambo illi vel plures
de quibus esset discordia Et inter priores
et camerarios illius porte de qua essent
illi de qua esset discordia Et ille qui
habuerit plures fabas albas prefectus sit et esse
debeat insaculator. Item quod omnia
offitia cum salario a communi et etiam
camerarii omnium artium in palluncte
tur et ad fortunam extrahantur et pu-
blicentur Et quod domini Consules mercantie
Auditores cambii et alii
camerarii omnium aliarum artium te-
neantur et debeant dare et consignare
eorum consules Auditores et camerarios
in pallunctis cancellario communis et alter per
dictum cancellarium recipi non debeat
Item quod quicumque fuerit nuptius domi-
cellus famulus vel portinarius in pala-
tio dominorum priorum Aut custos carcerum

Nota bene

Camerarii ponantur in palluncis

Inhabiles ad offi- priorat et insac- culatores

uel baiulus comunis piſii aut famul'
gonfalonerior aut nuptius alicuius r
artis a quindecim annis citra non poſſit
inſaculari ad offitium poratus aut in
porem elligi uel adſumi Nec etiam
poſſit eſſe inſaculator aut ad reficiend
um ſaculos dicti comunis quolibet elligi
ul' deputari Et predicta non habeant
locum in Antonio iacobi nutii porte
solis qui iam in cuſtodem carcer primi
uiciam ul' maliuolentiam fuit electus

7 Item quod dicti boni homines et offitiales
positi ul' electi ad faciendum et compo
nendum ſaculos et quilibet ipsorum teneā
tur et debeant dictos ſaculos condere
et componere et ordinare bene et legalit'
absque aliqua fraude ul' malitia et ſe
priuare omni ſingulari hodio ul' amore
quod poſſet detrahere honorem comunis
pisii quolibet ul' obeſſe et ſaculum ten
eantur condere ul' componere ſecundum for
mam in presentibus ordinamentis denotatam
Et quod in dictis ſaculis ul' aliquo eor
ipsi inſaculatores nec aliquis ipsorum
poſſint nec debeant inſaculare aliquē
qui fuit de falso condepnatus et non
restitutus nec aliquem alium ipsorum
inſaculantium Auum uel patrem
ul' filium ul' fratrem carnalem etiam
si non steterint ad unum panem et
unum uinum cum aliquo ex dictis inſa
culatoribus Nec aliquem forenſem r
Nec in ſaculo poratus poſſint inſaculare
aliquē cuius pater ul' ipse fuerit natus in
ciuitate ul' comitatu pisii Hoc tamen non
intelligatur in filiis ciuium qui nati eſſent
extra ciuitatem et comitatum pisii qui ga
udere debeant omnibus priuilegiis quibus ga
udere debeant ſeu debent patres ipsorum
Exceptis illis ciuibus qui alterius in ſac
culo poratus fuerint inſaculati uel r
aliis qui ad dictum offitium fuerint
electi et ipsum exercuerint Nec poſ
ſint inſaculare aliquem condepnatum
inſtitutum pro homicidio nec aliquem
qui fuerit positum ad confinia occasione
ſuerſionis status pacifici ciuitatis p
isii Nec aliquem qui fuerit positus

alia de causa ad confinia durantibus co
finibus Nec aliquem filium alicuius
rebellis comunis pisii et non restituti ſeu
rebanniti.

8 Item quod nullus qui fuerit extractus de
carceribus comunis pisii amore dei poſſit
eſſe por uel ad offitium poratus quolibet
elligi ul' adſumi ul' inſaculari Et
similiter nullus notarius qui de dictis carce
ribus amore dei extractus fuiſſet poſ
ſit elligi ul' eſſe notarius dominorum priorum

9 Item quod nullus ad iſta offitia principa
lia poſſit inſaculari niſi ad unum
tantum et offitia principalia intelli
gantur eſſe iſta videlicet.
Offitium dominorum priorum
Offitium Conſeruatorum
Offitium Maſſariorum
Offitium ſupra maſſaritiis
Offitium ſupra muris
Offitium Capitaneatus
hodie dominorum priorum
De aliis autem offitiis poſſint inſacul-
ari ad beneplacitum inſaculatorum.

10 Item quod omnes et ſinguli offitiales el
ligendi et inſaculandi ad alliquod offiti
um ſalario a comuni debeant otti
nere a comunis pecunias partes ipsorum in-
ſaculatorum et de dicto partito debeat
rogari cancellarius comunis pisii qui
teneatur de dictis partitis facere ſcripturam
et registrum ſtatim obtento partito
ne fraus poſſit committi Qui
Cancellarius quomodolibet die ſemel ad
minus ul' pluries ad requiſitionem inſac
culatorum teneatur et debeat adeſſe ad in
formandum dictos inſaculatores de
omnibus ſupra et iſta ſtatuta ne poſ
ſit allegari ignorantia ſtatutorum
ſub pena .xxv. librarum ſi contra fecerit p
qualibet uice.

11 Item quod nullus poſſit elligi uel eſſe
inſaculator aut ad reficiendum ſac
culos offitiorum dicti comunis niſi libram
habeat .xl. librarum ad groſſam Et quilibet
camerarius teneatur ſecum portare quando
erunt in caſu elligendi inſaculatores
matriculas omnium artificum cu
libet artis cum libra ciu' libri in publicam
formam que matricule poſtea conſi

gnabuntur insachulatoribus cum facta fuit electio ipsorum

12 Item quod insachulatoribus sive insachulatis ad aliquod officium prosit et valeat et valere debeat libra patris matris vel uxoris vel fratris carnalis stando ad unum panem et unum vinum cum aliquo dicto insachulatorum. Ita tamen quod libra intelligatur secundum formam statutorum videlicet xl libre ad grossam

13 Item quod nullus qui libram non habuerit in aliqua porta possit insachulari neque ad offitium prioratus elligi. Nec ad alliquod aliud offitium elligi. Exceptis custodibus carcerum et mundantibus plateam comunis perusii et portunariis porte palatii dominorum priorum dummodo familiariter habitaverint in civitate perusii

14 Item quod nullus notarius in tempus trium annorum a die receptionis in matricula notario-rum possit elligi vel admicti sive insachulari ad alliquod offitium principale comunis scilicet prioratus. Armarii. Conservatorum et massariorum.

15 Item quod nullus qui fuerit ad recipiendum sacculos prout superius petitos possit esse vel elligi ad recipiendum sacculos in prefuturos

16 Item quod quelibet ars de minoribus habere debeat ad minus xv artifices descriptos in matricula non obstantibus statuto loquente de xxv quem numerum xv artificum debeant dicte artes implevisse infra octo dies a die notificationis statuti

17 Item quod quilibet camerarius qui consignaverit matriculam sive artis dominis prioribus et insachulatoribus teneatur et debeat portare inscriptis dictis dominis prioribus et insachulatoribus libram cuiuslibet artificis cum summa libre ut videatur si est civis vel forensis vel scripta in tot absentatos. Et hoc non habeat locum in arte merchantie et arte Cambii.

18 Item quod nullus notarius possit insachulari in uno sacculo Nisi ad unum offitium dictorum videlicet dominorum priorum artium Conservatorum monete Massariorum comunis perusii et armarii quo ad notarios principa-

les. De Aliis autem offitiis possint insachulari ad beneplacitum insachulatorum dummodo optineantur ad bussolam et fabas albas et nigras per duas partes ut supra.

19 Item quod priores qui essent tempore refectionis sacculari non possint insachulari in eodem sacculo pro prioribus. Et similiter habeat locum in notariis.

20 Item quod quicumque esset in aliquo offitio tempore refectionis sacculi non possit insachulari in eodem offitio.

21 Item quod prefati insachulatores habeant bonam advertentiam in electionibus fiendis de potestatibus castrorum comitatus perusii in quibus potestates mictantur pro eo ad hoc ut regantur per bonos et idoneos cives.

22 Item quod in futurum super offitio tentarum in quibus ubi insachulabatur unus offitialis in anno insachulentur duo cives de tempore in tempus qui sint cum salario honoribus et oneribus consuetis dari uni ex dictis offitialibus videlicet et salarium quod uni dabatur dividatur inter ambos

23 Item quod si quis in futurum publicabitur de sacculis comunis perusii ad alliquod offitium cum salario vel sine qui esset mortuus et absens vel inhabilis vel renuptiaverit quod tunc et eo casu possit et fieri debeat subrogatio per omnes x priores et camerarios illius portae de qua esset talis publicatus obtento partito ad bussolam et fabas per duas partes ipsorum. Et predicta non habeant locum in notariis dominorum priorum nec innuptio nec importunatio ipsorum quo casu servetur statutum loquens de hac materia

24 Item quod insachulatores predicti teneantur et debeant in quolibet offitio rationnatorum maioris sindici mictere et insachulare ad minus duos cives de arte merchantie

vel cambii, ad hoc ut ratio et calculus sindicandorum bene reuideatur.

25 Non possit esse in saculatore pro porta in qua non habitat per x annos.

Item quod nullus possit esse ad reficiendum saculos pro aliqua porta nisi in ea habitet non obstante quod in ipsa porta sit allibratus seu libram habeat vel quod ibidem sit accatastratus. Et etiam nullus possit esse elligi vel assumi ad dictos saculos reficiendos pro aliqua porta in qua non habitauerit per decem annos continuos ante ipsam electionem.

26 Electus Prior non possit esse custos porte.

Item quod nullus qui fuerit Prior artium ciuitatis Perusii possit elligi vel conduci in custodem alicuius porte ciuitatis Perusii nec ad dictam custodiam stare aliquo quesito colore pena .iii.C. librarum cuilibet elligenti vel acceptanti. Et sibi de salario solui non possit et conductio non valeat ipso iure.

27 Quando debeant sindicari insaculatores.

Item quod insaculatores qui pro tempore erunt ad reficiendum saculos ciuitatis Perusii debeant diligentissime sindicari per maiorem sindicum de administratione eorum officii et de omni fraude et simonia ac corruptela in dandis offitiis. Et hoc infra mensem a die finiti saculi et condempnari vel absolui sub pena dicto sindico qui in predictis fuerit negligens .V.C. librarum denariorum.

28 Saculus signorie et potestarie per xlii menses. Saculus prioratus per xl. Offitiorum semestralium per xlii mensibus. Fiant saculus in xx dies.

Et reficiatur saculus et refici debeat per xx bonos homines videlicet signoriarum et potestariarum per tempus .xlii. mensium. Et saculus prioratus per tempus .xl. mensium tantum ad plus. Et officia semestralia per tempus .xlii. mensium. Quem saculum teneant et debeant perfecisse infra terminum .xx. dierum a die eorum electionis sub pena .V.C. librarum denariorum.

29 Directores sint experti et nobiles ciues.

Item quod ad offitium directorum insaculentur boni et experti ciues ita quod admittatur in qualibet parrochia et offitio sit unus nobilis ciuis et possint fraudibus gabellariorum obuiare. Et quod bonam habeant aduertentiam ne insaculetur ad dictum offitium aliquis gabellarius.

30 Considerato quod ... officiorum ... consueto ordine finiant.

Item quod prefati insaculatores ita et taliter se habeant in electionibus quorumcumque offitialium quod saculus omnium officiorum predictorum perficiatur et finiatur in fine .xlii. mensium exceptis offitiis dominorum Priorum que finiant in fine .xl. mensium. Et ut ista bene procedant dicti insaculatores videant offitia de isto saculo publicata et ea que durant per aliquod tempus saculi noui illa minus offitia insaculent pro tanto minori tempore quanto durare debent dicta offitia publicata de isto saculo nuper finiendo ut omnia offitia saculi noui in eodem tempore finiantur.

31 Famuli dominorum priorum minores L et maiores xx annis et vestes diuisate ...

Item statuerunt quod in futurum quod in futurum incipiendo in kalendis Januarii .1432. proxime futuri omnes famuli dominorum Priorum et notarii et similiter portinarius debeant induere et portare vestes dedinisa continue rubea et celestre et rubeum sit ex parte dextra et debeat esse maior .xx. annis et minor .L. Et si aliter induerentur quod massarii siue conseruatores pro tempore dictorum vestimentorum solucionem non debeant. Et si soluerent intelligantur soluisse de eorum proprio et non de pecunia communis Perusii. Et hec habeat locum durante offitio pro quo fuerint induti pena cuilibet famulo viso sine dictis vestibus durante offitio .x. librarum denariorum.

32 Domicelli et tubicine ... vestes diuisatas.

Item statuerunt quod vestes que dabuntur in kalendis mensis martii proxime futuri anni .1432. domicellis dominorum Priorum et tubicinis siue trombectis dictis communis debeant esse dedinisa rubea et celeste ita quod rubeum sit ex parte dextra et ipsas vestes continue portare sub pena .x. librarum pro vice qualibet qua aliquis ipsorum visus fuerit ire sine dictis vestimentis cum dicta diuisa. Et si aliter induerent

q conseruatores monete et massarii comunis perusii pretium dictarum nestium soluere non possint Et si soluerent intelligantur soluere de eorum proprio et non de pecunia comunis perusii

33 Item statuerunt quod bifarii et tubatores qui erunt in adfuntia et honorem dominorum priorum debeant esse induti de diuisa scilicet de panno rubeo et celestri ita quod Rubeum sit de parte dextera Et quod huiusmodi indumenta debeant initium habere in kalendis mensis martii proxime futuri Et dicta indumenta debeant fieri de salario ipsorum Et quod aliter a dicta funtia recedere non possint et si recepti fuerint salarium a comuni non possint consequi pena Conseruatoribus soluentibus contra dictam formam dupli dicti salarii

pifari et tubatores deferant uestes diuisatas

34 Item statuerunt quod notarii positi et deputati ad offitium registri camere conseruatorum Et notarius principalis positus super bollectinis dum durabit eorum offitium non possint insaculari eligi nec assummi ad aliquod offitium principale notariis ad notatum ut supra

notarius massarii comunis et conseruatorum et notarius super bollectinis non possint [illegible] alio offitio principali [illegible]

35 Item si reperietur aliquem fore publicatum de saculo comunis perusii qui fuisset insaculatus contra formam presentium statutorum Et ex ipso offitio deberet consequi aliquod salarium a comuni perusii Quod thesaurarius et conseruatores et massarii comunis perusii eisdem aliquod salarium soluere non debeant sub pena dupli eius quod soluerint Et de hoc debeant expresse sindicari Et quod nullus insaculator aliquem possit eligere uel insaculare aliquem in priorem contra formam presentium statutorum Et quod tam ipsi elligentes et insaculantes quam mictentes pretium incidant in penam .V. librarum denariorum Et si aliquis ex dictis insaculatoribus contradiceret non incidat in penam Et nichilominus ille talis publicatus contra eam formam possit esse non possit Et si omnes quatuor insaculatores de una porta essent in concordia tunc ipse positus mictens pretium non incidat in penam Et quod cancellarius comunis perusii fratres pub offitiorum qui perpetere debent salaria si sciunt aliquem dictorum offitiorum electum fore et insaculatum contra formam presentium statutorum debeat notificare illi uel illis publicatis contra dictam formam quod dicta offitia non debeant exercere Et etiam notificare illis dominis Prioribus domino Potestati uel capitaneo uel alteri cuicumque officiali forensi comunis perusii quod ipsi publicati non fuerint electi neque insaculati secundum formam statutorum Et nichilominus potestas uel capitaneus et quilibet alius offitialis forensis comunis perusii teneatur contra dictos insaculatores et eorum positum dicte pene executionem facere sub simili pena tempore eorum sindicatus auferenda. Et similiter debeat facere cancellarius et offitialis predicti in publicatione camerariorum artium si quis insaculatus fuit contra formam ordinamentorum et statutorum comunis perusii

insaculatores statuti non possint aliquem contra formam presentium statutorum [illegible]

insaculati ad aliquod offitium contra formam presentium statutorum non [illegible]

36 Item cum offitium capitaneatus custodie palatii dominorum priorum artium ciuitatis perusii cedat ad maximum honorem ciuitatis perusii Et dum ante palatium predictum et ad ipsius portam uiri prudentes illarum bene induti residentiam faciunt tam ciuibus quam forensibus per illac transeuntibus maximum gaudium et claritas reportatur et ipsi ciuitatis honor augetur et exaltatur Ea propter supradicti

De offitio capitaneus porte palatii ac salario hominibus et oneribus ipsius

Magnifici domini Priores artium civitatis
Perusii ex commissione eisdem facta per prefatum
dominum Vicelegatum et omnibus modo via
Salarium capitanei custodie palatii. iure et forma quibus melius potuerunt
statuerunt ordinaverunt et reformaverunt
37 Quod Capitaneus custodie palatii dictorum
dominorum Priorum qui insacculabitur et deseé-
stri in semestre publicabitur habeat et habere
debeat de salario pro se et duobus famulis
per ipsum tenendis a camera Conservatorum
Famuli capitanei custodie palatii deferant vestes divisatas. monete communis Perusii flor. septuaginta de
camera temporibus consuetis Qui famuli
debeant esse iuvenes Maiores .xx. annis
et Minores . L. annis et liberi de peculio
ipsorum Et debeant continue ire induti
de divisa panni rubei et celestri et
rubeum sit ex parte dextra et a principio
sit de panno novo Qui famuli
dum associabunt d. Priores differre de
beant quilibet ipsorum tabulaccinum cum grif
fone in tabulaccino depictum et consimiliter
et idem capitaneus teneatur facere monstram
de se et famulis et omnia facere que ad
eius officium dignoscuntur pertinere secundum mo
rem consuetum Et si contingeret quod
prefatus capitaneus non retineret famulos
ydoneos quod domini priores qui pro tempore erunt
possint ipsos cassare et alios ydoneos re
teneatur remictere alias thesaurarii et Con
servatores si non remisit ydoneum approbandum
per prefatos d. Priores non tenea
tur eidem capitaneo solvere salarium illius
famuli pro illo tempore in quo negligens
fuerit in remictendo ydoneum .

38 Item statuerunt et ordinaverunt quod
residuum salarii quod erat secundum formam
statutorum deputatum dicto capitaneo custo-
die et salarium deputatum Meo
de Abello . Abbatino . Perusino et Angelo
deputatis ad servitia dominorum P. et ad man-
sionem in porta dicti palatii in futurum
distribuatur et expendatur hoc modo videlicet quod
elligantur et elligi debeant sex cives
bone condictionis ilares et discreti quorum
De Officialibus ut ponitur palatii et salario honoribus et oneribus. quilibet tenere debeat unum famulum
de peculio libero Maiorem .xx. annis et
Minorem . L. annis qui sex cives

sic electi cum dictis famulis s. uno
pro quolibet continuam debeant facere man-
sionem ad portam dicti palatii ad ser-
vitium prefatorum d. Priorum artium prout
consuetum est Et tam ipsi sex cives
quam dicti sex famuli per eos retinendi
debeant esse induti de supradicta divisa
s. de panno novo coloris rubei et celestri
et semper rubeum sit a parte dextra et
continue cum dicta divisa moram
trahere ad dictum palatium Qui
sex famuli dum prefati d. Priores
accesserint extra palatium debeant ire
et antecedere more solito cum tabolagio
cum griffone depicto in eis et cum sp-
ata una cum duobus famulis capitanei custo-
die ita quod semper sint octo . Ipsi quoque sex
cives . dum prefati domini P. ybunt extra
palatium debeant yre et associare pre
fatos d. Priores post dictos dominos Una
cum capitaneo supradicto Et habeant et habere de
beant dicti sex cives a camera Conserva-
torum monete communis Perusii pro eorum et dictorum
famulorum salario Videlicet Quilibet ipsorum
pro se et dicto famulo pro quolibet anno
de tempore in tempus more solito flor. v
sexagintaquatuor de camera libr. duas
et sold. duodecim et den. quatuor Q
Quorum quidem sex civium electio
fieri debeat per presentes d. P. Et incipiat
eorum officium et exercitium . in kalendis . febr.
quo die finit officium presentis Capitanei.
Et sequens electio fiat per d. P. qui
erunt de mense februarii Et sic suc-
cessive de anno in annum fiat electio
Et si ipsi vel aliquis ipsorum non serviverit
vel a servitio defecerint ex aliqua causa
quod d. P. possint cassare et surrogare
ad eorum beneplacitum toties quotiens
eis placuerit Et quia ut fertur ad officium
dicti capitaneatus publicandus veniebat
deputati famulo al'saucha de
porta hebureni qui ex huiusmodi nova pro-
visione venit dampnificatus circa eius
in deputatem providere volentes ydo
volumus et huius statuti vigore decer
nimus Quod dicti sex cives

qui primo erunt electi ad supradicta servitia teneantur et debeant dare et solvere quilibet ipsorum dicto sindico de dicto eorum salario quinque florenos de camera, videlicet de salario primorum sex mensium, et cum dicto honore ipsi primi sex cives intelligantur esse electi et deputati et ad ipsam quantitatem solvendam quilibet ipsorum predictis quinque florenos possit possit cogi et compelli ad instantiam dicti sindici.

39 Item volumus quod quotienscumque aliquis de dictorum sex civium vel dictorum sex familiorum fuit repertus extra domum sine dicta divisa in dato in pena pro quolibet et qualibet vice x libras denariorum, decem denarios retinendis de eorum salario. Et predicta volumus et observari mandamus sub pena C florenorum auri, aliquibus in contrarium facientibus quoquomodo non obstantibus, quibus ex nunc derogamus expresse aliquo non obstante.

40 Item quod dicti domicelli et tubicine familiares et alii deputati ad servitium palatii dominorum Priorum non possint nec debeant habere aliquod aliud offitium ~~[illegible]~~ et casu quo publicarentur ad aliqua offitia ipso facto intelligantur et sint privati ab offitio dicti palatii ad quod fuit deputati, et in dicto palatio amplius stare non debeant.

41 Pro salubri statu et conservatione populi perusini et eius manutentione pacifica, cum sine capite ordinato ad regendum et gubernandum ipsum populum stare et conservare non posset, provida deliberatione statuimus et ordinamus quod in Consilio populi perusini more solito congregato semper de duobus mensibus in duos menses extrahantur de sacculo communis perusii decem boni et legales sufficientes et ydonei homines et de artibus civitatis et burgorum perusii, scilicet duo de qualibet porta, qui sint et appellentur Priores populi et artium civitatis perusii, de quibus x Prioribus semper duo sint de arte mercantie et unus de arte cambii, ita quod singulis duobus mensibus duo priores sint de arte mercantie et unus de arte camsorum. Alii autem septem sint et esse debeant de aliis artibus et de collegio aliarum artium que in statuti*s* communis perusii sunt scripte.

42 Et quod nulla ars de dictis collegiis habere possit in uno porta sine pallucta nisi unum ex dictis portis ut supra dictum est, excepta mercantia, quod semper in quolibet porta et pallucta debeant esse duo mercatores, et in quolibet porta debeat esse unus de arte cambii ut supra dictum est.

43 Minor autem xx annis prior artium esse non possit nec imbussulari ullo modo, et si extraheretur publicatio offitii non valeat ipso facto. Et si talis electus offitium receperit, porta*n*tis condempnetur per maiorem sindicum et iudicem iustitie in C libras denariorum et removeatur ab offitio prioratus. Et dictus Maior sindicus et iudex iustitie ad petitionem cuiuslibet de ipsis denuntiantis predicta teneatur inquirere et repertum culpabilem punire prout dictum est. Et nichilominus quilibet valeat esse accusator et habeat medietatem banni. Et quod iste talis minor salarium pro dicto offitio consequi non possit a Thesaurario et Conservatore sub pena dupli. Et hoc locum habeat illis qui extracti fuerint de futuris sacculo.

44 Nullus autem possit esse Prior artium civitatis perusii vel ad ipsum offitium imbussulari eligi extrahi vel admicti qui vel cuius pater non sit oriundus de civitate vel comitatu perusii. Et qui libram non habuerit in civitate vel comitatu perusii per tempus saltem xxx annorum computato tempore quo eam habuit in comitatu et computato tempore suo et suorum antecessorum, ita tamen quod illi qui fuissent de comitatu et libram habuerint ut dictum est et ipsam libram nec non habitationem veram habuisse et fecisse debeant de civitate et inter cives perusinos saltem per spatium xii annorum ante quam ad ipsum offitium admictatur, exceptis ab omnibus predictis hiis qui iam fuerunt priores et in offitio prioratus vel in presenti sacculo essent imbussulati pro priore, qui possint esse Priores, non obstante quod predicta vel eorum aliquod deficeret in eis.

45 Item quod nullus notarius civitatis perusii vel offitialis communis perusii audeat vel presumat accrescere post electionem priorum aliquam libram alicui in priorem electi. Et qui

---

Margin notes:

De prestantibus ad servitia palatii aliud [illegible] possunt

Tempus publicandi [illegible] et extrahendi priores [illegible]

[illegible] ars habeat [illegible]

Defectus etatis in priore

Inhabiles ad prioratum

nullus in priore electi post electionem libram augere possit

efecerit prima facie ipso facto in electione Et quilibet
sit inde accusator et habeat medietatem banni
et dicta talis aquisitatio non valeat Et quod
contra vel preter dictam formam eligetur vel
sine publicazetur talis electio non vale-
at nec teneat ullo modo et si quis contra vel preter dic-
tam formam electus offitium prioratus vel
receperit vel operaretur
solvat nomine penam si offitium acceptavit
C. libr. den. provincie quilibet qui aliquid
ut prior operaretur vel faceret C. libr. den. sol-
vere teneatur et ipsis per dominum sindicum et
iudicem iustitie communis perusii possit et
debeat condepnari Et quilibet possit inde esse
accusator et de condepnatione huiusmodi
medietatem habeat commune Et quartam partem
habeat iudex dictus Et aliam quartam partem
habeat accusator quam medietatem
massarii communis perusii dare teneantur sine
alio precepto vel mandato sola fide facta quod fuit
accusator Et quod ob hoc cum fuit condepnatus

46 Item quod illi qui electi et publicati fuerint
priores artium secundum modum et formam
predictam sint et esse debeant Priores arti-
um populi et populo perusino et artibus et arti-
bus civitatis perusii per duobus mensibus tunc
futuris in kalendis mensium sequen-
tis post eorum electionem et ordinato et
composito sacculo de duobus mensibus in duos
menses publicari et extrahi debeant sorte
bivium rapiendam per priores more solito.

Qui sunt priores et quando et quo pu[blicari] debeant

47 Item quod nullus notarius qui habuit aliquod offitium
depute per modum et viam sacchetti extra civi-
tatem perusii et qui sit principalis offitia-
lis possit insaculari in ... in civitate predicta
non possit insaculari ad aliquod aliud of-
fitium extra civitatem predictam.

set si insaculabitur ad unum vel duo offitia

48 Item quod in uno et eodem sacculo durante
tempore non possit quis insaculari seu alia ad of-
fitium prioris et ad ipsum prioratus offitium
nisi semel et una vice tantum.

non possit quis insaculari eodem sacco in priorem

49 Et ad hoc ut offitium Prioratus ante publi-
cationem ipsum continue sit secretum p[er]

quod cedule prioratuum fuerint ordinate
quelibet cedula in pallotta cerea involuta
et ad fortunam postea publicetur et extra-
hatur Et ubi invenitur aliquam vel
artem grossam non habere adminus qua-
tuor artifices per quolibet porta actos ad
offitium prioratus tunc et isto casu
non teneantur dicti insaculatores in dicta
porta dare priores ipsa per alias actes
distribuere possint non obstantibus aliquo
statuto

Norma prior. pallocta cerea involuta.

50 Item quod insaculatores non possint nec
debeant insaculare pro sapiente et in numero
sapientum studii perusini patrem
filium fratrem carnalem patruum
vel nepotem carnalem ex latere patris vel
vel matris alicuius doctoris perusini Et
si insacularetur quo ad illum insaculatio
ipsa insaculatio sit nulla et inanis.
Dicti vero insaculatores debeant insacu-
lare in sapientem dicti studii homines in-
telligentes ydoneos et sufficientes ad lec-
tiones et deputationes doctorum et magistrorum
faciendas et ordinandas.

Nullus pater filius vel frater vel nepos ex latere patris alicuius doctoris in sapientem in sacculo possit.

Acta facta edita condita et composita fuerunt
supradicta statuta per magnificos dominos priores
artium civitatis perusii vigore arbitrii et au-
ctoritatis eis concesse per supradictum reverendum
dominum vicegerentem vigore et virtute sup-
scripti eius decreti et subscripta et publicata
per Nicolaum ser Bartolomey depositi porte
sancti Petri et parochie sancti ... Notarium priorum
dominorum Priorum et ser Matheum Vanoli
philipetti de ... Cancellarium communis
perusii notarios publicos de dictorum statutorum
editione una simul rogatos in capella
palatii populi residentie Magnificorum dominorum
priorum artium dicte civitatis Sub anno
domini Millesimo iiij.c xxxj indictione viiij.
tempore sanctissimi in christo patris et domini domini
Eugenii divina providentia pape quarti
die xxviij mensis ottobris presentibus Antonio
Jacobi Clutii de porta solis et parochie sancti
Florentii Simone Petrutii de porta solis et parochie sancti Antonii Menchitio
... porte sancti petri et parochie sancti Stephani et
Antonio Angeli porte sancte Susanne et parochie sancti Antonii


et Johe gostantij dec por et parlaiy foro
tinidy et Marzo Nicolao dnj Jacoby
detignolis. de Fulgineo testibus ad hec
supradicta hitis vocatis et RS.



Et Ego Nicolaus qdam ser Urbanuy
de [illegible] [illegible] et par [illegible]
[illegible] publicus ante nostro [illegible]
[illegible] omnibus et singulis dum sic agerentur
interfuy et ea que rogatus [illegible] una cum
ipso ser Matheo cancellario [illegible] mecum
rogato per alium [illegible] michi quoque fidum
[illegible] feci [illegible] meque propria manu in fidem
omnium [illegible] subscripsi et publicavi [illegible]
que meum appossui consuetum

Ego Matheus quondam Vannoli Filippicti
de Interamne publicus Imperiali autoritate
notarius et Judex ordinarius nuncque pro
sancta Romana ecclesia Comunis Perusij
Cancellarius, predictis omnibus et singulis
dum sic agerentur interfui. eaque ro
gatus scribere una cum supradicto
ser Nicolao mecum rogato per alium
sibi michique fidum scribi fecimus
meque propria manu in fidem omnium
supradictorum subscripsi et publicavi
signumque meum apposui consuetum

Signum mei



Mathei notarij predicti

In noie dni Amen Hec eſt copia ſiue
tranſũtum cuiuſdam decreti et declara-
tionis infraſcripti R^mi dni uicemgeren-
tis et Locumtenentis Legati ſumpte et
exemplate de ſuo originali exiſtenti i quodã
folio bombicino ſcripte et ſigillo pfati ui-
cemgerentis et Locumtenentis munito
atque ſubſcripte manu Ro d' montefortin
Et hic ſcripta et regiſtrata p me Johanem
Luce de Spoleto coadiutorem Ser Mathey
vannoli de Interamne cancellarij peruſini
de mandato magnificorum dnorum dnorum p-
riorum artiu dicte Ciuitatis cui quidem de-
clarationis et decreti tenor talis e videlicet.

JOHANES Epus forliuien
R^mi inxpo pris et dni dni J. Epi Sabinen
Cardinalis de urſinis p Sca Romana ecclia
et S. D. N dno Eugenio papa Quarto.
peruſij et c. Legati et uicarij generalis.
vicesgerens. Dilectis nobis inxpo. Ma-
gnificis dnis Prioribus Artium ciuitatis peruſ
et officialibus refectionis ſacculorum officialiũ
ciuitatis peruſij Salut. Volentes declarare
ſtatuta nouiter condita ſup refectione dictorum
ſacculorum et omne exeis dubium remouere
ad maiorem ipsorum declarationem et ambi-
guitatem tollendam. Volumus decernimus
dicimus et declaramus quod omes et ſinguli
in preſenti reperti alibrati int cives origi-
narios dicte ciuitatis et habentes libram xl
libr ad groſſam poſſint aſſumi eligi et
in ſaccularij ad offitium priorratus dicte ci-
uitatis dummodo ad minus familiariter
habitauerint et Artem exercuerint in
ciuitate peruſij p x. annos prius. Item quod nati
ex ueris ciuibus originarijs poſſint aſſumi
ad offitium priorat dicte ciuitatis et eis pſit
et ualeat libra ſuorum parentum. Item quod
abſentati poſſint hre alia offia pter offia
principalia dummodo familiariter habitent i
ciuitate et ruſticalia non exerceant.
Datum Aſiſij Mccccxxxj die xvj
menſis Nouembr Ind viiij^a Ind.

Ro. d'Montefortin.

a tergo.

R

Rodul

Ordinamẽta Sacculi edita 1440 p X arbitrij
cõfirmata p R. d. archiepm Neapolitanum

In nomine dñi amẽ. Infraſcripta ſunt Statuta, reformationeſ & ordinamenta edita circha eligendoſ & creandoſ Inſacculatoreſ ſacculorũ officialiũ publicorum comunis peruſij tam proxime futurorum gñalis ſacculi q̃ futurorũ in poſterũ ſucceſſiuis temporibus conſtituendorũ & ordinandorum & In eligendis officialibus ad officia publica. Que quidem Statuta cõpoſita & ordinata fuerũt p ſpectabiles ciueſ Dnum franciſcũ de coppulis & nellũ de balionibus porte ſcĩ petri. dnum Johãnem de mõte ſperello, dnum Jacobũ de ranerijs porte ſolis: dnum Iuone de coppulis, baldaſſarem de hẽmanis porte ſcĩ angli: dnum Angelũ Johanis perigli, nicolaũ Vlixis põte Eburnee. Guidone de oddonibus, berardũ de cõnio porte ſcẽ ſuſane. Vigore auctoritatis eis conceſſe p ſpectabiles cõmiſſarios arbitrij ciuis peruſij. Vt patet manu ſer zacharie xpofori tũc notarij dictorum cõmiſſariorum ſub ãno dñi 1440 & die xvj menſis octobris.

Gaſpar Archiepus neapolitanus In ciuitate peruſina eiuſq; comitatibus territorijs & diſtrictibus pro ſctiſſimo dño nro ſtaq; rõna eccl̃ia gñalis gubẽnator cũ poteſt. legati de latere. Ad perpetuã rei memoriam & futuram pacem populi peruſini: cui aſſidue intendimus. Cum p mag[cos] priores ciuitatis peruſij tũc tpis in officio exiſtentes de uolũtate Rmi In xpo prẽs & dñi: dñi. A. dignissimi cardinalis ſcĩ Euſtachij tũc gubẽnatoris ciuitatis peruſij nri i officio predeceſſoris, Electi fuerũt decẽ honorabiles ciues Vz. dnus franciſcus de coppulis nicolaus pauli petri pro porta ſcĩ petri: dnus Angelus Johanis: nicolaus ulixis p põta Ebũnea: Guido de oddonibus, berardus de cõnio p põta ſcẽ ſuſane: dnus Iuo de coppulis: baldaſſar de hẽmanis pro põta ſcĩ Angli: dnus Johanis de monte ſperello: & dnus Jacobus tiberutij de ranerijs pro põta ſolis. Et deinde dicti .x. ciues fuerũt cõfirmati & inquãtum opus fuit de nouo electi p magnificos tũc .x. cõmiſſarios ut arbitrij priorum & camerariorum ciuitatis peruſij: ut de his dr apparere manu publicorum notariorum que et cõfirmatio & de nouo electio ſimilit de nrã uolũtate proceſſit: ut dicti .x. ciues ſup nominati ordinarẽt ſtatuerẽt & reformarẽt omia quecũq; eis uiderẽtur utilia & opõtuna pro reficiẽdo nouo ſacculo officiorum ciuitatis pfate peruſine, & oia concernentia tempus, locũ, pſonas, officia, & quecũq; ptinẽtia quomõcũq; & cõnexa & dependentia quoquo mõ ſtaq; dicus ſacculus reficiẽdus officiorum et

regiminis dicte civitatis procedat pacifice debite et iuste et ad p(rese)ns non sit distans multum t(em)p(or)is quo iminet necessitas dicti sacculi seu regiminis reficiendi et ex dictis x civibus deputatis ut sup(ra) septem ex eis Vz Nicolaus pauli porte s(an)c(t)i petri, d(omi)nus Angelus Johannis et nicolaus ulixis porte eburnee; et guido de oddonibus porte s(an)c(t)e susane: baldassar de bemanis porte s(an)c(t)i Angeli: d(omi)nus Jacobus tiberutij de rancijs, d(omi)nus Johannes de monte sperello porte solis, Asserentes se mature et deliberate omnia et singula i(n)frascripta statuta ordinata et provisa, ordinasse statuisse habitis pluribus et diversis consilijs notabilissimorum civium status dicte civitatis. Et int(er) se ipsos pluries et pluries omnia i(n)frascripta contulisse et de eis consilium et ratiocinium h(ab)uisse int(er) se: Absente berardo de comio porte s(an)c(t)e susane: et predefunctis dictis d(omi)no francisco de coppulis porte s(an)c(t)i petri: et d(omi)no Juone de coppulis porte s(an)c(t)i Angeli: Quorum ordinamentorum provisionum et statutorum tenor talis est.

renovatio sacculi t(em)p(o)re ultimi p(ri)orat(us)

Circha refectionem sacculorum officialium co(mun)is perusij modum et regulam dare volantes Statuimus et ordinamus q(uod) Sacculus officiorum et officialium civitatis perusij refici et ordinari debeat t(em)p(o)re ultimi p(ri)oratus p(rese)ntis sacculi: et et tempore ultimi prioratus aliorum sacculorum postea sequetium i(n)frascriptis modo, forma, loco, tempore, et ordine Vz

Cancellari(us) legat et exponat statuta

Quod cancellarius co(mun)is perusij die p(ri)ma ut secunda qua intrabit palatium dicti ultimi priores sacculi debeat eis legere et i(n) vulgari recitare omnia infrascripta statuta et ordinamenta ad p(er)fatorum d(omi)norum p(ri)orum notitiam et informationem.

p(re)parantia cedaru(m) et aliarum necessariarum rerum p(ro) sacculatoribus

Item q(uo)d dicti d(omi)ni priores die septima ut saltem octava eorum introitus debeant fecisse aptare et preparare omnia necessaria et op(p)ortuna in sala superiore palatij d(omi)ni gubernatoris que est sup(ra) capellam dicti palatij Vz tabulas massaritias ad coquinam lectos et alia necessaria et op(p)ortuna In sacculatoribus. Et similit(er) aptari et preparari faciat

locum massaritiarum qui est super armarium rotis pro oportunitate ipsorum ?creditorum.

4 Item quod die octava vel nona post ingressum dictorum dominorum priorum dicti domini priores debeant eligere duos religiosos forenses de ordine alicuius observantie civitatis Pisarum qui stare debeant ad ultimam portam ubi stabunt insacculatores de die et de nocte: et camera idonea et comoda per dictis religiosis preparetur et expense congrue et idonee per dictis religiosis ex publico dentur. Qui religiosi tantum loqui possint cum ministris existentibus cum dictis insacculatoribus, aut cum dictis insacculatoribus pro eorum necessitatibus. Non autem loqui possint tacite vel expresse de rebus ad dictum sacculum spectantibus vel pertinentibus: neque aliquam ambasiatam dictis insacculatoribus vel ministris cum eis existentibus facere vel fieri facere possit vel aliquam litteram indistincte nullo modo exhibere sub pena periurii. Sed dicti religiosi debeant dictis insacculatoribus vel ministris intro cum eis existentibus exhibere vel necessaria et oportuna ministrare ut ipsorum ?decet. Et similiter scrictos ?pretius videre et tenere una cum cancellario: ut similiter ipsorum decet. — duorum religiosorum electio. 4

5 Eademque via eligere debeant dicti domini priores expenditorem dictorum insacculatorum qui nullo modo dictis insacculatoribus loqui possit, sed omnia oportuna et necessaria pro victu dictorum insacculatorum exhibere debeat dictis duobus religiosis qui predicta presentabunt familiaribus et ministris existentibus in conclavi una cum dictis insacculatoribus: Itaque dictus expenditor non possit neque valeat aliquo modo, ratione, vel causa, vel colore quesito dictos insacculatores vel alterum eorum, vel aliquem ex ministris in conclavi existentibus videre, aut cum eis loqui: et si contrarius faceret vice qualibet incidat in penam ?xxv librarum: et nullum salarium habere debeat in casu quo contra predicta faciat: — Expenditoris de ?putnno. 5

6 Item dicti dñi priores dcã die de sero pulsari faciãt campanã que pul-
sari solet de sero citius q̃ pulsari cõsueuerit alijs diebus: post cuius
sonũ qui inuentus fuit cũ lumine ut sine lumine ire p ciuitatem
puniat̃ pena quadrupli qua puniri solent euntes de nocte alijs
tp̃ibus sine lumine. Et si ĩuentus fuit cũ armis et cũ lumine post
sonũ dicte campane simili͛t puniat̃ pena quadrupli qua puniri
solet ĩuentus de nocte cũ armis sine lumine. Exceptis camerarijs
licentiatis de palatio dcã nocte p rectam uiam redeuntibus ad eoꝝ
habitatione arma nõ põtantibus: qui ad dcãm penã nõ teneant̃.
Et simili͛t exceptis uiginti ciuibus stantibus in loco massaritiarũ.
Et quidecim stantibus in cancellaria: domũ certa pfuisrentibus.
Et hoc capituli statuti dci dñi p̃ores banniri et preconizari faciat
ĩ tribus consuetis locis platee ciuitatis pisarũ cũ quatuõ tubis: ut
nemo iustam ignorantiam allegare possit.

Inhibitio nocturne discursionis q̃ debeat p̃ cornizari.

7 Item q̃d dcã die octaua dci dñi priores uocari et coadunari faciat
iuxta consuetudine camerarios: Ita q saltem an uigessima quãtã
horã dci camerarij in palatio d. poꝝ sit coadunati saltẽ illi qui
hũ potunt lz nõ essent nũõ xxxx. Quibus coadunatis cancellarius
legere debeat omĩa predentia et sequẽtia statuta. Et iuramẽta dare
secũdũ q̃d infra describit̃. Et dcus cancellarius in p̃ntia dcoꝝ poꝝ
et cam͛ioꝝ debeat omĩa officia dcoꝝ poꝝ p̃ntis sacculi: Excepto ultĩo
officio poꝝ. Et officia poꝝ p̃prime predentis sacculi in palluctas
cereis ponẽ secũdum q̃d in dcis sacculis posita fuerũt: deinde dcas
palluctas p̃ntis sacculi in quodã bacili ponẽ, et p quẽdam puerũ
minore .x. annis unã dcus cancellarius in p̃ntia dcoꝝ poꝝ adsumẽ
et accipere faciat: et statim omes alias remanẽtes palluctas in
p̃ntia pdcoꝝ cõburere faciat. Et eodem modo dcus cancellarius de
palluctis predentis sacculi faciat ut sup. Et illas duas quas puer

Camerariorum congregatio

In palluctatio poratum [?] p̃dentis sacculi et p̃ntis ultimo poratu excepto

Unius pallucte p̃ntis sacculi et alterius p̃cedentis receptio ceteris combustis.

Item quod nullus possit eligi ut insacculari in prioratum artium nisi libram habeat secundum formam statuti non obstante quod aliquis fuit prior et ad simile officium electus. Item 00 apheze

Ut debita ne impediant a prioratu

Domini Stephani Guarnerii Meritissimi capitanei prioris Iacobus de Cecolina camerarius

26

debet et disponere [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
tenentur et debent facere [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
facere si est cuius [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] nullus possit [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

a. cy.

IACOBVS miseratione divina tituli sancti Chrisogoni presbiter Cardinalis Papiensis In civitate perusina Ecclesie Apostolice sedis legatus, et ad infrascripta quecunque plenariam ac omnimodam potestatem habens et facultatem

PRO officio iniuncti nobis muneris Apostolice Legationis: et pro [illegible] Commissionibus ad infrascripta nobis date, in iis libenter studium operam et diligentiam nostram ponimus: que ad pacem et quietem nostro regimini commissorum cognoscimus pertinere. Cum igitur impresentia renouandi Sacculi generalis officiorum Communis perusini extrema fere necessitas immineat: quia tempus eiusmodi rei conficiende non solum aduenerit sed pro magna parte preterierit ita ut diuturniorem moram nulla ratione patiatur: Nos habentes notitiam fuisse iam per plures menses tempore Legationis Reverendissimi domini Cardinalis Rauennatensis predecessoris nostri per nonnullos Cives prioris regiminis Ecclesiastici perusini numero XXXI. ad eam rem deputatos plures et diuersas consultationes habitas de ipso Sacculo quiete et pacifice ac laudabiliter: quo hactenus semper fuit renouando: et propterea cupientes quantum cum dignitate nostra fieri posse intelligebamus in hac re honoris ipsius Civitatis et ciuium, ut [illegible] [illegible] deputatorum rationem habere: M. Priores Artium: et Cives in magno numero coram nobis congregatos, in congressu primi sermonis nostri ad eos habiti monuimus ut quamprimum simul conuenientes prudenti consilio viderent si qua ratione et modo cum uniuersali concordia totius Ciuitatis: et presertim primorum ciuium prioris Ecclesiastici Regiminis saccus Sacculus officiorum de proximo renouandus refici et absolui posset: statimque nobis desuper responderent: Cetu igitur omnium fere ciuium perusinorum abipsis prioribus in palatio eorum residentie postridie conuocato: hacque re illis proposita: et tandem ad dictos XXXI. Cives deputatos de communi sententia omnium delata, ab illis postremo uariantibus eorum sententiis responsum nobis datum fuit: Ut cum ipsi inter se concordes esse non possent: placebat Ciuitati: et ita eius nomine supplicarent fieri postulabant dictum Sacculum officiorum in omnibus et per omnia pro nostro arbitrio refici et absolui: Quocirca nos pro solertis et diligentis Rectoris offitio cupientes sublatis quibuscunque discordiarum fomitis pacifico statui et tranquillitati dicte Ciuitatis consulere, nullisque propterea incommodis et laboribus nostris parcere pro negotio dicti Sacculi generalis omnium officiorum

Cum Perusini rite et laudabiliter procedendo secuti in multis que honesta, et utilia indicavimus: formam et dispositionem Statutorum desuper factorum, precedentibus maturo consilio et deliberatione auctoritate Offitii Legationis nostre: et specialis quibus facultatis in hac parte nobis a Sanctissimo Domino Nostro (ut premittitur) concesse, Jesu Christi nomine invocato in hunc inferius modum duximus providendum: per quem ipsum Sacculum reficiendum, officia distribui, omniaque alia fieri: et servari: que infra in presenti nostro decreto per ordinem apparebunt tenore presentium auctoritatibus, et facultatibus quibus supra, bonis moti respectibus: Decernimus: Volumus: et mandamus statutis privilegiis et consuetudinibus ac aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Quibus omnibus et singulis pro hac vice specialiter et expresse et ex certa scientia derogamus

1 Et primo quia de mansione sive conclavi in quo recludendi sunt xx. boni homines Sacculum compositurj: et de aliis opportunis et necessariis pro eisdem iam sufficienter providimus: Mandamus per Magnificos Priores artium eligi duos religiosos bonos: et prudentes viros, mansuros ad custodiam porte ipsius Conclavis et alia facturos prout infra ordinabimus: Item et provideri de expenditore: Coquo: et aliis famulis seu ministris: qui habeant dictis bonis hominibus tam intus quam extra conclave in occurrentibus: et necessariis deservire: Quibus quidem insacculatoribus hominis excellentissimum omnia Cancellarius Comunis legat eis vulgariter presens Decretum nostrum. Deinde iuramentum prestent dicti boni homines in manibus nostris de ipsis Sacculis pure: legaliter: et sine fraude: dolo: malitia: Simonia: vel Corruptela: faciendis: et de eligendo bonis idoneis et dignis iuxta eorum conscientiam: et de servando presenti nostro Decreto: et ceteris in eo: Ac de non revelando umquam alicui verbo: scriptis: signo: vel nutu: quomodo quicquam per eos fiendum: et deinde conficiendo: nec retinendo penes se aliquam scripturam de gestis per eos etc.

Iuramentum insacculatorum

2 Habeant dicti insacculatores vigore presentis nostri Decreti plenum arbitrium et omnimodam potestatem reficiendi Sacculos forma et more solito, de Offitiis Prioratus Artium: Notariis eorundem: Conservatoribus: Massariis: Castellanis: Potestatibus Castrorum: Consulibus Mercantie: Auditoribus Cambii: et Camerariis aliarum Artium, dicte civitatis: Et generaliter de omnibus aliis offitiis, in proximo precedenti Sacculo insacculatis publicandis: modo et forma: ac

Officia insacculanda

tpe consuetis. Exceptis Cancellariis Conservatorum: et Massariorum: quorum insacculationem nobis reservamus: Officialibus Bullectini: Cancellis Camporegiani: Revisoribus rationum Communis: Officialibus Montis: et Capitaneis Comitatus: quorum provisionem iuxta datam formam fieri intendimus per tempore quinquennii post finitum presentem sacculum scrutinorum

Ipsa autem insacculatione officiorum dicti insacculatores talem habeant advertentiam: ut secundum fidem eis per Cancellarium Communis vel alios, quorum alia officia de presenti Sacculo publicata: durabunt per aliquod tempus Sacculi novi illa eadem pro tanto breviori tempore insacculent quanto durare debent dicta officia publicata: Ut dicta officia novi Sacculi faciendi uno eodemque tempore finiantur firma tamen remanente bursa officiorum Montis pauperum: que consueto tempore publicentur: prout in ordinamentis dicti Montis continetur

Posteaque reclusi fuerint insacculatores dicti opera: ut quam primum mittantur ad eos Matriculae omnium Artium cum fide et documento publico librorum singulorum matriculatorum cuiuslibet artis: Exceptis Mercantia: et Cambio, cum summa libri cuiuslibet matriculati: ut si aliquis non allibratum, et non matriculatum forsitan ad aliquod officium insacculaverit: non possint ignorantiam allegare. Item Matriculam Notariorum cum annotatione temporis quo quisque ad dictam matriculam receptus fuit

Non descripti in aliqua arte sint omnino inhabiles ad quecumque officia: sive sacculata sint sive non: Et si ad aliquod aliquis eorum esset insacculatus: aliquis non matriculatus statim cum publicatus fuerit cancelletur: et in tertium per Legatum, vel Gubernatorem alius in aliqua arte matriculatus surrogetur. Hoc tamen locum non habeat in Doctoribus: et Notariis: qui fuerint de Consorterio: seu collegio Doctorum aut Advocatorum: et notariorum

Nullus etiam ad aliquod officium insaculetur: quod ad presens exerceat

Ad officium Prioratus Artium nullus possit eligi vel insacculari: qui sit de presenti: aut fuerit a xv. annis citra Nuntius: Domicellus: Famulus: vel Janitor Prioratum: Bannitus Communis: vel Nuntius alicuius artis

adventitum possessionum ne [illegible] sacculi durantibus
Matricule cum libris
Non matriculati sint inhabiles
exercens ad idem non possit
inhabilitatis ad prioratum

Vel de falso condemnatus: et non restitutus: nec aliquis qui: vel cuius pater
non fuerit natus in civitate et comitatu Perusii / Exceptis tamen filiis civium Perusin(orum)
licet alio loco natis: nec aliquis pro homicidio damnatus et non restitutus:
nec aliquis relegatus occasione status: nec aliquis ex alia causa relegatus
durante relegatione: nec aliquis filius alicuius ~~alicuius~~ rebellis, non resti
tuti: nec aliquis exitus de carcere amore dei: nec aliquis qui libram non habuit
in civitate vel comitatu ad minus . xl . librarum ad grossum saltem per . xxx . annos
computato tempore quo illam habuit in comitatu et tempore suorum auctorum: dummodo
ille talis habuit libram predictam in civitate inter cives: et in ea nunc habitavit
saltem annis . xv . nec aliquis minor . xx . annis . qui si exerceret non possumus
officium exercere sub pena centum librarum et amissionis salarii: et nihilominus
alius in eius locum surrogetur: nec aliquis ex ultimo prioratu nec sumentis
sacculi. Nec aliquis possit esse prior in dicto sacculo per insacculationem
vel surrogationem: Aut alter in simul tamen. Et quod supra expressum est de
libra sit intelligatur: et talibus prosit libra patrum matrum uxorum vel
fratrum carnalium cum eis uno victu convivent. Et a dictis inhabi
litationibus librarum et habitationis illi excepti intelligantur: qui alias ipsum prio
ratum exercuerunt: qui habiles reputentur. Nec aliquis possit esse notarius
priorum: qui fuit stipendiatis prohibitoribus maculatus

Inhabiles ad quodcumque officium

excipiuntur custodes carcerum mandatores platee famuli pal(atii)

Non liceat dictis insacculatoribus insacculare ad aliquod officium se ipsos /
eorum avos / patres / filios / fratres carnales / licet cum eis communiter non viventes.
Sed nec aliquem quemque servum eodem modo committere: nec aliquem non
habentem libram in civitate Perusii / Exceptis custodibus carcerum: mandato
ribus platee: et famitoribus porte palatii dominorum priorum. Dummodo
familiariter habitent in civitate licet in ea libram non habeant

Rationerii
Directores
potestates castrorum
Sapientes studii

In officio Rationeriorum maioris Sindici saltem duos de arte Mercantie vel
Cambii: et in officio Directorum unum ad minus nobilem probum et expertum: et ultra
qui sit Gabellarius. Et ad potestarias castrorum comitatus modestos et pru
dentes: qui loca bene regant. Et ad officium Sapientum Studii: neminem: qui sit pater
vel patruus: filius vel nepos: vel frater carnalis alicuius Doctoris Perusini hic
stipendiatum invenientis: omnino insacculari mandamus

In electione Priorum artium Inscrutatores eligant primum in priores primos Mercatores: secundo: secundos Mercatores. Tertio pro arte Cambii: Quarto pro artibus grossis iuxta illarum ordinem et gradum. Deinde alios priores pro minoribus artibus earum ordine sic servato videlicet omnes particulariter et distincte ad particularia partita prout infra patebit. Et in quolibet offitio prioratus: sint decem boni: legales: idonei et sufficientes cives de artibus civitatis et burgorum Perusii: videlicet duo pro qualibet porta: De quibus sint duo de Arte Mercantie: unus de Arte Cambii. Alii septem de aliis artibus: prout hactenus fieri consuevit: Declarantes artes grossas et minutas censeri debere iuxta dispositionem status civitatis Perusii in talibus contra servari solitorum — forma procedendi ad electionem priorum

Ad offitium custodie portarum nullus inscrutulari possit: qui alias fuit prior Artium: nec ad dictam custodiam aliter stare pena .iii. centum librarum eligenti aut acceptanti. Et sibi salarium nullo modo solvatur. electio quoque de eo facta non teneat: — inhabiles ad custodiam portarum

Domicelli: Tubicine: Famuli et alii deputati ad servitia dominorum priorum non possint nec debeant habere aliud offitium: Et si publicarentur amittant ipso facto offitium palatii: et in eo amplius stare non possint — famuli palatii prohibiti ad offitia

Electio superastitorum Priorum Artium fiat ad brevia et fabas secrete: quas secrete Cancellarius colligere debeat: et albas videre: et numerare: deinde quod priore singulare et de persona. Et ille qui obtentus fuerit per duas partes .xx. bonorum hominum intelligatur esse prior: cuiusque Cancellarius scribere debeat in quodam folio. Eos vero qui obtenti non fuerint per duas partes: scribat in alio. Et hoc nemo scire debeat nisi Cancellarius dictus: et duo Religiosi memorati. Quibus peractis de omnibus prioribus: redire debeat Cancellarius ad dictos inscrutulatores: et dicere eis si aliquis non est obtentus: incipiendo a Mercatoribus Deinde procedendo ad alios sic non obtentos: dicendo: Talis de tali arte et porta nominando eum non est obtentus: ponatis eum iterum ad partitum: et donec fabe reddite fuerint pro illo primo nominato alius nominetur. Sed redditis fabis pro dicto primo Cancellarius sic illas secrete recipiat: et coram illis religiosis secrete videat: et numeret. Et si reperiat illum fuisse obtentum per secundum numerum fabarum albarum nomen eius describat inter priores obtentos: Si autem reperierit ipsum non obtentum: mentionem de eo faciat eiusque arte — S... priorum

et poſte: et amplius ad partitu pro offitio prioratus poni nō poſſit. Neq; amplius dicat dictis ſquittinatoribus ſed ſecrete teneat. et eis nōiet alium nō obtentu cuiusq; arte et porta: ac iterum eum poni faciat ad partitu et poſtea ut ſupra proxime dictum est. et eodem modo ſucceſſive ſecundum ordinem artis procedat in aliis: q prima vice nō fuiſſet obtenti: ut ſemel tantum poni poſſint poſtea ad partitu ſinguli et deperſi et in eis procedat. ut ſupra proxime dictum est.

Quibus omnibus nō obtentis iterum ad partitu poſitis ſi quis eorum ſecunda vice nō obtentu fuiſſet: debeat Cancellarius dictis ſquittinatoribus notificare: quatenus alium priorem eligere debeant loco talis nōiando illum porta et arte. Et ſic nō cancellarius ſecrete recipere debent fabas in dicta electione aut ſurrogatione, et eas videre et numerare ſecrete, coram dictis duobus religioſis: et ſi reperirent illum obtentu per ſuperdictas fabas albas deſcribere debeant inter obtentos. Si aut reperit illum nō obtentum, deſcribere debeat inter nō obtentos: et ſecrete teneatur donec tractabitur ſurrogatio aliorum: qui dictis duabus vicibus non fuerint obtenti. Et deinde dicat dictis ſquittinatoribus oportere eligere alium loco talis nōiando ipsum porta et arte eius. et fabas recipiat: et omnes videat et numeret coram dictis duobus religioſis: et ſi reperit eum approbatum, deſcribat inter approbatos: Sin aut reprobatum: inter reprobatos: et nō obtentos;

Et ita procedat donec in loco cuiuſcumque priorum nō obtentorum omnes fuerint ſurrogati. Et ſi propriis ex dictis ſurrogatis probatus nō fuerit: iterum ſemel tantum poni poſſit ad partitu eodem modo forma et ordine. Et ſi obtentus fuerit inter obtentos deſcribatur eodem modo ſecrete per cancellarium, Aliter inter nō obtentos.

Et ſi aliquis ex dictis ſurrogandis bis ad partitu poſitis obtentus nō fuerit: amplius nō poſſit poni ad partitu pro offitio prioratus. Sed Cancellarius debeat dictis ſquittinatoribus dicere: Surrogetis alium loco talis nōiando ipsum porta et arte eius. Et in dicta ſurrogatione procedatur eodem modo forma et ordine prout ſupra proxime dictum est. Et totiens dicto modo de dicta ſurrogatione tractetur: quotiens opus fuerit: donec legitime electi fuerint omnes priores ſufficientes pro dicto Sacco;

14 Creatur singulis de offis sup. 20. ff.

Finita electione Priorum ſquittinatores procedant ad electionem Notariatus dictorum priorum Conſervatorum Maſſariorum: Offitialium ſupra Maſſaritiis: ſupra Mureis: Capitaneorum porte palatii: Caſtellanorum: et potatuum et aliorum offitiorum habentium ultra xx. florenos de ſalario eligendo ea omnia ad ſingularem ſcruttinia: et eadem obtinendo per duas partes fabarum albarum. in

Reliqua vero offa sortis sit obtineri vinco partito per omnes adidem offm insacculandis. Dummodo prius nova singlorum publice legantur omnibus insacculatis. De quibus obtentis rogetur Cancellarius Cois. Qui statim ad evitandum errorem scripturam in conficiat ordinatam: ita ipse cancellarius aliquid non revelet: et offm suum: diligenter legatur: et fideliter exerceat. — vniusculi scrutinium de offis infra · xx · ff ·

Extra portam propriam alicui offm cum salario nulli ipsorum insacculatorum liceat exhere et dare in aliis portis sub pena periurii et · xxv · ducatorum: et tamen tale datio non teneant. — ex portam officia non debent

Posteaquam erunt scrutinati et obtenti ad offa aliqui Cives ad ipsa habiles, ad scandala evitanda non possint ipsis auferri et sub colore permutatoris vel restauratoris: et si de voluntate illius quod ea dedisset: teneretur. — non auferantur neque permutentur officia

Preterea cum offa principalia: que infra ere declaramus videlicet
Prioratus
Conservatoratus
Massariatus
Offa super massariis
Offa super Muris et
Capitaneorum partis palatii
merito debeant inter multos idoneos equaliter distribui: Decernimus: quod nullus omnino possit insacculari eligi vel surrogari in uno et eodem Sacculo, nisi tamen ad unum de ipsis principalibus officiis sub pena infra dicenda quoad insacculantes. Quoad insacculatos vero sub pena privationis omnium principalium officiorum: ad que post primum, erunt publicati. — principalia officia non nisi unum dentur singulis

Officiorum cum salario supra x · ff · preter quam unum alicui Civi dari non possit: Nisi essent tres homines vel ultra in eadem familia communi victu descendentes: Quibus duo diversa offa dum salarium excedentia distribui possint. Si vero erunt quinque vel plures: possint eis dari usque in tria offa de predictis: sed tamen diversa: Exceptis offitiis principalibus supra proxime descriptis — supra x ff plura non dentur

Nullus Notarius infra tres annos post receptionem suam in matriculam notariorum presentiorum possit insacculari, vel surrogari ad aliquod offm principale notariorum videlicet Notariatum priorum: Conservatorum: Massariorum: principalium Armarii: Et offalium super massariis — notarii infra tres annos

20 notarius singulis nisi ad unum principale

Nullus insuper notarius ad plura quam ad unum de dictis offitiis principalibus concurrentibus insacculari possit, non obstante aliquo abusu temporis preteriti. Et siquis ad plura insacculatus fuerit: non possit habere nisi primum ad quod publicatus fuerit, aliis privatus remaneat: et eius loco alius habilis et idoneus surrogetur.

21 notarius regiminis ad nullum principale.

Notarius Regiminis conservatorum durante eius offitio ad nullum aliud principale offitium possit insacculari vel assumi.

22 [illegible] non habuerint sint habiles ad omnia offitia

Ad offitium prioratus vel ad aliud offitium nullus insacculari possit nisi per sex menses ante presentem insacculationem libram in aliqua porta habuerit.

23 [illegible] ne augeatur

Nullus notarius civitatis vel offitialis comunis Perusii audeat vel presumat accrescere post factam electionem priorum aliquam libram alicuius in priorem electi et qui contrafecerit puniatur ipso facto in centum libris denariorum: et quilibet sit in accusatore et habeat medietatem banni. Denique talis librae augumentatio non valeat. Et si contra vel preter dictam formam electus offitium prioratus receperit vel exercuerit solvat nomine pene libras centum denariorum pro vice qualibet qua aliquid ut prior operetur vel faceret: in quibus per maiorem sindicum valeat condemnari. Cuius pene medietas sit comunis: quarta pars offitialis exequentis: et alia quarta pars sit accusatoris. Et camerarii massariorum comunis sine alio mandato facta fide de accusatione solvere teneantur.

24 illicitas pactiones

Volentes insuper quod offitia idoneis et dignis iuxta merita cum omni modestia et integritate distribuantur, et non per ambitionem vel simoniam aut alias illicitas pactiones: Decernimus quod si contingat aliquem ad aliquod offitium insacculari recepta aliqua mercede vel premio aut promissione alicuius certe utilitatis dicti offitii aut alicuius quantitatis vel rei expresse vel non expresse: sed facta remissione in aliquem tertium vel etiam in ipsum insacculatorem vel in ipsum insacculatum: et in dicto casu dictus insacculatus incidat ipso facto et iure in penam excommunicationis: quam fecimus in literis scriptis [illegible] prout [illegible] tam in dante quam in recipiente: et in pena [illegible] dictorum [illegible] et applicandorum camere apostolice [illegible]. Et dictus insacculatus in pena centum librarum denariorum puniatur. Et nihilominus talis insacculatio et publicatio sit ipso iure nullius momenti: et ulterius talis

Insacculatores intelligantur ipso iure exclusi in perpetuum privatus omnibus
officiis civitatis pisarum. Addentes: quod super hoc potestas et capitaneus
populi vel minores sindicus possit et debeat procedere per inquisitionem: accu
satione et denumptiatione et ad torturam procedere precedentibus legiptimis inditiis:
Ac teneantur de hoc diligentissimam executionem facere. Et ad hoc in
super diligentius: sperata mercede premium: Ex nunc brevium secreti vigore:
revocamus: et annullamus: revocatasque et nullas esse decernimus et declaramus
omnes et singulas pactiones: promissiones: et obligationes factas et facien
das inter insacculatores: et insacculandos occasione dictorum offitiorum:
Quis extrinsecus esset sub alio colore palliatas: Dummodo per testes vel
alio modo legiptime constiterit: et summe facte esse offitiorum recipiendorum.
Admonentes ex nunc omnibus offitialibus omnis iurisdictiones de talibus
exequendis vel cognoscendis in favorem talium insacculatorum: Ac liberantes
ex nunc a iuramento omnes et singulos: si qui forsitan dictum de causa alicui
ex dictis insacculatoribus medio iuramento promisit: Adiicientes quod quelibet
apodixa sive privata scriptura facta a die prima mensis Iulii proximi
preteriti 1459 et per totum mensem Octobris inter insacculatores et aliquem
ex formeis insacculatoribus et aliquem ex insacculandis presumatur
et intelligatur esse simulata et esse collusionis et symonie facta
et nullius esse roboris vel momenti: quam ex nunc ut simulatam et symo
niatam annullamus et nullam esse dicimus: nisi aliter evi
denti et legitima causa ex antiquioribus contractibus et causis dicta obligatio
facta constiterit;

Teneantur autem dicti insacculatores ad singula offitia insacculare personas habentes requisitas habilitates: et que non habeant prohibitionem seu vacationem aliquam supponi
conveniente pro qualibet persona inhabili prohibita vel vacante per eos insacculata
et quolibet insacculatore: qui illam insacculaverit; quidem habilitates

Ubi non per hec ordinamenta aliquid fieri prohibetur: et pena non est apposita
intelligatur ex nunc expresse commicti dictam et actum esse nullum
quoad illos qui illicite: et minus quam canonice fuerunt insacculati; pone apposita

Facta per ipsos insacculatores electione de omnibus insacculandis teneantur : v. ad Componendum et ordinandum

inter se eligere de suo numero quinque viros idoneos et probos unum
pro qualibet porta ad componendum et consociandum officia prioratus
conservatores et alia quecumque cum vexillifero iustitie per nos deferendo: qui
talem compositionem et associationem facient diligenter et sine
dolo et fraude, ac secretas nemini, ex proprijs verbo scriptis aut alio quovis
modo manifestabunt.

28 Tabule

Quibus peractis fiant brevia tantummodo per cancellarium et coadiutores
et religiosos saltem de hominibus salarium et pretio et alijs gravio-
ribus et honoratis officijs: et ipsis associatoribus et compositoribus
plegant. Et ita confectione ex illis tabula consueta: et ipsa brevia
per ipsos quattuor complicentur et cera involvantur, ac in bursis et
capsulis consuetis reponantur iuxta formam statuti et ritum hactenus
servari consuetum.

29 Insaccolatores non possint surrogari

Addimus quod nullus de insaccolatoribus predictis nec aliquis ex illis
quos prohibentur insacculare in casu mortis, absentie, vel inhabili-
tatis alicuius de dicto sacculo publicati: possit ullo modo loco illius
talis absentis inhabilis vel defuncti publicati surrogari. Nec in
locum illius qui vice talis fuerit primo surrogatus. Et si contrafactum
fuerit: [illegible] salarium: et alius pro eo surrogetur. Et tamen
supradictam penam incurrat

30 Casus bulle in privationibus

Volumus insuper et harum serie decernimus quoscumque insacculatos
in dicto sacculo ad aliquod officium in omnibus et singulis casibus privatoris
officiorum bulle fe. re. Pauli pp. II. fore super confectione sacculi ne-
finiti omnino subiacere

31 Surrogationes reservantur

Surrogatores autem ad quecumque officia dicti sacculi vacantia per mortem
privationem absentiam vel inhabilitatem alicuius publicati, bonis
et honorabilibus causis moti nobis et nostris in officio successoribus re-
servamus faciendas iuxta formam statuti et bulle dicti domini Pauli
prohibentes omnino illas per quoscumque alios fieri. Et si factum fuerit nullius
sint roboris vel momenti.

32
42

Et ut ipsi insacculatores quos XX. cives nostros auctoritate nostre legationis et specialis facultatis nobis concesse desuper, facimus: creamus: constituimus: et deputamus cum potestate supra expressa metu pene abstineant ab omnibus illicitis: Decernentes quod infra XXX. dies a perfectione prefati sacculi per capitaneum populi seu maiores sindicari debeant diligenter sindicari de eorum officij administratione: Et de observantia vel neglectu presentium ordinationum nostrarum et maxime de omni fraude: simonia, vel corruptela commissa in distribuendis offitijs: et condemnari in penis iuris: et contra condemnatos et alios executionis fieri sub pena [illegible] ipsi capitaneo si fuerit negligens aut inobediens in premissis;

Sindicatus insaculatorum

Ipsis autem insacculatoribus mandamus: ut in quam brevius tempus poterunt non excedendo. XV. dies a die reclusionis dicti sacculum et eius compositionem omnino debeant absolvisse: Volentes nihilominus ut totum consuetum eorum salarium percipiant perinde acsi XX. dierum spatio iuxta consuetudinem clausi mansissent;

Tempus insaculatorum

Postremo considerantes ac notitiam habentes: quod ex revelatione factorum in facta insacculatione sepe gravissima scandala sunt exorta: Ideo mandamus dictis insacculatoribus et civibus eorum: ac Cancellario eiusque coadiutoribus: ac religiosis predictis et quibuscumque alijs: qui de gestis in dicto sacculo quomodocumque aliquam notitiam habuissent sive in ipsa insacculatione quocumque aut qualitercumque intervenissent: ne verbis: scriptis: signo: vel nutu: alicui umquam revelare presumant aliquid in ipsa insacculatione gestum sub pena excommunicationis late sententie: et centum ducatorum applicandorum Camere apostolice et [illegible] de facto [illegible] exigendorum

non revelare

Decernimus: Statuimus. Mandamus. Prohibemus Derogamus. Concedimus. et Confirmamus, auctoritate Legationis nostre, et specialis facultatis desuper nobis concesse. Singula singulis referendo ut premittitur continetur

Ja. Card. Papiensis. Perusinus. Apostolice Sedis Legatus.



Dat Perusie die iiij. Octobris. MCCCCLXXI.

Ja. de Vulteris.

Rodulfus Malateste de Balionibus Hugolinus Io. Baglioncelli de Monteubiano Marianus Mariotti de Balionibus Hugolinus petri de Gratianis	Insaculatores p. s. p.
Berardinus Constantinj de Rayneriis Galeottus Lelli de Balionibus Averardus Guidi de Montespello. Barsus Ludovici	Insaculatores p. Sol.
Gentilhomo dni Agamenonis de Archipresbiteris Bartholomeus dni Baldaxaris de hermannis Bonifatius dni Iobonis de Coppulis. Petrus Raynerij Grassi	Insaculatores p. S. A.
Sforzia Guidi de oddis Vincaolus de Cornio Petrus Simbaldi de Ramazano Leonellus de oddis.	Insaculatores p. S. S.
Guido Malateste de Balionibus Dnus Antonius De Acerbis Iulius de Signorellis Baptista Ranaldi Rustia de Montemelino	Insaculatores p. Eb.



ANTONIVS de Rivere miseratione divina tt. ss. s. vitalis Sacrosancte romane Eccle. Presbr. Cardinalis Perusinus Totiusque Provincie Umbrie Apostolice sedis Legatus de latere ad infrascripta quoque plenam ac omnimodam haben. facultatem et Potestatem. /

IN ter cetera que officio nobis iniuncti muneris Apostolice Legationis incumbunt: precipua cura est huius celeberrime Civitatis Perusin., quam Litterarum studio et multis virtutum generibus decoratam Sanctiss. dnus nr. et nos paterno peculiarique prosequen. affectu. ea semper pro virili efficere studemus que pacem et Tranquillitatem eiusdem concernere cognoscimus: Cum igitur Sacculus officiorum in Civitate ipsa retroactis temporibus propter Civiles dissensiones non eo quo debebat ordine et integritate factus fuerit in quamplura scandala et huius Eccle. status non parva detrimenta; velletque propterea prefatus S. D. nr. sacculum eorum in Romana curia per S. suam renovari: Nos bonum Civium comoda pro Pastorali qua illis afficimur caritate eque ac nostra desiderantes intercessionibus nostris multis cum rationibus per nos adduc. his a prefata S. tra impetravimus ut pro maiori decore Civium et universi huius populi gregis nostri comoditate hic potius quam in dicta Curia renovetur: Quo circa pro solertissimi Rectoris ac et Pastoris officio sublatis quarumcumque

simultatum, discordiarum, et seditionum fomentis Pacifico statui et Tranquillitati dictae Civitatis consulere nullisque proinde incommodis, et laboribus nostris pro negocio dicti Sacculi parcere volentes, ac supremis cupientes affectibus, ut ipsius Sacculi renovatio nobis demandata non ad cuiusquam benivolentiam aut odium, nec precem vel pretio sed consideratis uniuscuiusque meritis canonice sanctaeque fiat Viginti Insacculatores Cives Perusini viros quidem probos, et integerrimos qui Sacculum predictum renovent pro quinquennio duraturum, et benemeritos de sacrosancta sede Apostolica Cives pro sortiendis opportuno tempore dictae Civitatis officiis iuxta eorum condictionis et meritorum exigentiam insacculent: Constituimus et deputavimus. Forma autem statutorum desuper factorum precedente maturo Consilio, et deliberatione auctoritate officii Legationis nostrae, specialisque facultatis a Sanctissimo D. N. nobis, ut praefertur concessae: Dei optimi maximi invocato nomine in hunc infrascriptum modum duximus providendum per quem Sacculum ipsum refici: officia distribui omniaque alia fieri, et servari, que infra in presenti nostro decreto per ordinem apparebunt: Tenore pre-

sentium auctoritatibus et facultatibus sup(ra)d(ict)is bonis
mo(dis) respectibus decernimus: et declaramus: ac
volumus, et mandamus: statutis consuetudinibus
d(i)c(t)e Civitatis privilegiis q(uo)q(ue) et indultis eidem concessis,
ceterisq(ue) in contrarium facien(tibus) no(n) obstantib(us) q(ui)b(us)cumq(ue)
q(ui)bus omnibus et sing(ulis) pro hac vice spe(cia)lit(er)
et expresse ex certa s(ci)e(nt)ia n(ost)ra derogamus: decernentes
et declarantes omnes, et singulos in saeculi
latores p(re)dictos officiales, ~~officiales~~, et notarios,
ac alios quoscumq(ue) pro assistentib(us) dicti saeculi
renovandi deputatos et deputandos excommunica-
tionis late s(enten)tie, et maledictionis eterne a q(u)a, ne
mine preter q(uam) a summo Romanorum Pontifice absolvi
possint, ac Rebellionis: et Confiscationis omnium
bonor(um) suor(um) penas ipso f(a)cto incursuros, si i(n) renova-
tione et post renovationem huiusmodi: ac durante
dicto saeculo postq(uam) sic renovatus fuit aliquid
de his que in renovatione ipsa dicentur: agentur
et concludentur, divulgaverint: et cuiq(ue) quovis
modo directe, vel indirecte manifestaverit pro
ut in brevi Ap(ostoli)co a S(anctita)te p(re)fata desup(er) emanato plenius

44v

cōmetur. Ipsa vero statuta predicta ad laudem et gloriam sanctiss. et Individue Trinitatis sequuntur et sunt hec v3.

Rª de cōclavi insaccularum

Et Primo quia de Mansionibus sive Conclavi in quo recludendi sunt Viginti boni Homines sacculum composituri et de alijs opportunis, et necessarijs pro eisdem iam sufficienter providimus: Mandamus eligi Tres Religiosos bonos et prudentes viros mansuros ad Custodiam porte ipsius Conclavis, et alia facturos prout infra ordinabimus. Item etiam providere fecimus de expenditore Coquo et alijs famulis seu ministris: qui habeant dictis bonis Hominibus tam Intus,

De expenditore insacculatorum

quam extra Conclave in occurrentibus et necessarijs deservire. Quibus quidem Insaccularoribus habitis et reclusis ante omnia Cancell. Communis legat eis vulgariter

Iuramentum insaccularum

presens Decretum nostrum: Deinde Iuramentum prestent dicti boni Homines in manibus fratris de ipsis sacculis pure legaliter et sine fraude: dolo malitia simonia vel corruptela faciendis et de eligendis bonis ydoneis et dignis iuxta eorum Conscientiam observando

nro pn̄ti Decreto et contentis in eo: Ac de nō reue-
lando unq̄ alicui verbo, scriptis: signo: uel nutu quoq̄-
modo quicq̄ per eos fcm̄, et de non conficiendo
nec retinendo penes se aliquam scripturam
de gestis per eos. us Cane.ⁱⁿ Tres Religiosos et
omnes alios q interuenerint in huiusmoi Insac-
culatione

Cane.ˢ et tres religiosi interueniant saccul.

Habeant dc̄i Insacculatores vigore pn̄tis nostri
Decreti plenum arbitrium et omnimodam
potestatem reficiendi Sacculos forma et mor̄ soli-
to de officijs Prioratus Artium: Notarijs eorum de
Conseruatorib. Massarijs: Castellanis: Potestatib.
Castrorum: Consulib. Mercantie: Auditorib. Cambij et
Camerarijs aliarum Artium dicte Ciuitatis: Et gene-
raliter de omnib. alijs officijs insacculari consuetis
publicandis modo et forma ac tempor consuetis
Exceptis Fancellatib. Conseruatorum, et Massariorum,
quorum Insaccula[ti]onem Nobis reseruamus: officia-
lib. Bullectini: Fancellis Campionis grani: Reuiso-
ribus rationum Communis: officialib. Montis: Et

Arbitriu insacculatoz

Officia insaculan

officia reseruata p. Legato

45v

Capitaneis Comitatus secundum novam provisionem in ea datam formam fieri intendimus pro tempore quinque annorum immediate sequuturorum die prima mensis Julii proxime.

In ipsa autem Insacculatione officiorum dicti Insacculatores talem habeant advertentiam quod omnia officia novi sacculi faciendi uno eodemque tempore firmatur firma sit remanente Bursia officiorum Montis Pauperum qui consueto tempore publicentur pro ut in ordinamentis dicti Montis continetur;

Posteaque reclusi fuerint Insaculatores detur opera ut quam primum mittantur ad eos Matricule omnium Artium cum fide et documento publico libre singulorum Juratorum cuiuslibet Artis Exceptis Mercantia et Cambio cum summa libre cuiuslibet Jurati: ut si aliquem non allibratum et non matriculatum forsitan ad aliquod officium insaccularet non possint ignorantiam allegare: Item Matriculam Notariorum cum annotatione temporis quo quisque ad dictam matriculam receptus fuit;

Non descripti in aliqua Arte sint omnino inhabiles ad officia Prioratus: Camerariatus vel ad alia autem officia

possint in sacculari. Et si ad aliquod de eorum officiorum aliqis eorum esset insacculatus aliqs no matriculatus statim cum publicatus fuit cancelletur: Et infra Tri-duum per Legatum uel Gubernatorem alius in aliqua Arte matriculatus surrogetur: Hoc tamen locum no habeat in Doctorib. et Notarijs, qui fuerit de Consortio seu Collegio Doctorum, aut Aduocatorum et Notariorum.

Nullus etiam ad aliquod officium insacculetur quod no exerceat.

Qui admittantur ad officium Prioratus et excludantur ab eo

Ad officium Prioratus Artium nullus possit eligi: ut in sacculari qui sit de pntis, aut fuit a xv. Annis citra Nuntius: Domicellus. Famulus, uel Janitor Priorum, Baiulus Communis, uel Nuntius alicuis Artis: ut de falso condemnatus, et non restitutus: nec aliquis qui uel cuius pr no fuerit natus in Ciuitate uel Comitatu Perusie: exceptis tamen filijs Ciuium Perusinorum licet alio loco natis. Nec aliquis pro Homicidio damnatus, et no restitutus: Nec aliqs relegatus occone status, nec aliquis ex alia ca relegatus. Durante Relegatione.

Nec aliquis filius alicuius Rebellis nõ restituti: Nec ali-
quis extractus de carcer amor dei: Nec aliqs q librã
nõ habuit in Ciuitate vel Comitatu ad minus .x. librar
ad Grossam saltem per .xxx. Annos, Computato
tempor illo q° illã habuit in Comitatu et tempre suorum
ascendentium: dumodo ille talis habuerit libram predictam
in Ciuitate inter fines: et in ea, uere habitauerit saltẽ
Annis .xij. Nec aliqs minor .xx. anis: Qui si extrahet'
nõ presumat offm exercer: sub pena Centũ librar
et amissiois salarij: et nihilominus alius in eius locũ
surrogetur Nec aliquis in ultimo Prioratu nunc finiendo
Nec aliquis possit esse Prior in dcõ Sacculo per
Insacculatioem vel surrogatioem, aut alr, nisi semel
tantum: Et quod semp expressum est de libra sic intel-
ligatur, quod Talibus prosit libra Patrum suorum, uxorum
vel Fratrum Carnalium cũ eis, uno victu comuiuentium.
Et a dcis inhabilitatioib' librarũ et habitationis: illi
excepti intelligant' qui alias ipsum Prioratũ exercuerũt
qui habiles reputent': Nec aliquis possit esse Notarius
Priorum qui fuerit supra dcis prohibitionib' maculatus

Non Liceat dcis Insaccullatorib' Insaccular ad aliqd

offm se ipsos, eorũ Auos, Pres, et filios: N̄ aliũ
quemq̃ secum eodē victu conuiuete n̄ aliquem
nō hentem librã in Ciuitate Perusiæ: Exceptis Custo-
dibus Carcerum: Mundatorib[s] Plateç: et Ianitorib[s]
porte Palatij Dominoꝝ Prioꝝ: Nō possit et Isaccularĩ
aliquem eoꝝ frem, uel fris filium, cũ eis vt eoꝝ
aliq[o] in comunĩ uiuentem: Possit Tn̄ frem, et frum
filios, qui seorsum, et seperatim uiuerẽt insaccularẽ.
Et in tali casu sub penis et censuris sup̃ dcis ꝑcepi-
ęs, pñmus nō insacculari debeř dcos fres et frũm filios
nisi ydonei et sufficiētes sint ad offa ad q̃ insaccu
labuntur dummō familir habitet in Ciuitate licet
in ea libram nō habeat.

§ Ad officia Rationariorũ Maioris Sindici et Dire-
ctorum eligantur probi viri, ipoꝝ In Sacculato-
rũ iudicio et si nō sint Nobiles uel de Artib[s]
Mercantię et cambij dũmō aliqs ad dcum offm
directoꝝ q sit Caballarius: Et ad Potestarias Ca-
stroꝝ Comitatus modestos et prudentes qui loca

beñ regant. Et ad officiũ sapientũ studij nemine[m]
qui sit pater uel patruus: filius ut nepos uel fr[ater]
carnalis alicuius doctoris Perusin: liceat separatim
